

antur. Similes sane seruulis quibusdam nequam,  
qui se abstemios publice iactant, clanculum autem,  
si quid vini suffurari queant, id auide hauriunt. Cœ-  
terum cum validissimum sit testimonii genus quod  
ab aduersariis petitur, patet ingens huius Artis utili-  
tas satis superque, à qua vel in desperatissimis cor-  
poris morbis, velut à lippo oculo, manum abstinere  
tamen nequeunt, qui plenis vituperiis in ipsam in-  
uehuntur.

Non autem hic mihi sermo de Pseudalcumistis il-  
lis, circumcellionibus, & duplici nomine decocto-  
ribus, quibus scientia in ore, non pectore, qui malis  
lacernis, vt Martialis ait, oberrantes, pannosique  
Philosophos habitus vilitate mentiuntur.

*Et quærunt tacite quem possint rodere panem;*

*Queis ventris pro ventre locus, pendere putares*

*Ilia, & à spinæ tantummodo crate teneri:*

faceffant inquam stelliones isti, quos sane & rideo  
& miseror quoties conspikor, aurum crepan-  
tes & Chrystopoeiam cum ipsi sint Iro fere paupe-  
riores, quibus optime conuenit appositum illud  
Græcorum diuerbium,

*Μισῶ Σοφιστὴν ὃς ἴσους ὄνχ' αὐτῶ σοφός.*

) ( 3

de